

## Band VIII., Nr. 3057, Seite 280-281

*Vogt Wolfram von Bernhausen verkauft dem Kloster Bebenhausen die Vogtei zu Ittingshausen.*

Esslingen, 1281. Mai 29.

Ut in factis modernorum successoribus subtrahatur occasio litigandi, expedit ipsa facta litterarum serie perhennari. Eapropter noverint universi, quod ego Wolframus advocatus de Bernhusen ius advocatie oppidi in Ütingeshusen cum omnibus attinentiis iuribus consuetudinibus, prout ad me est libere devolutum et hactenus manutenui, de bona voluntate et consensu nobilis viri Eb[er]hardi comitis de Wirtenberc, a quo infeodatus sum dicta advocatia, dilectis in Christo . . . abbati et conventui monasterii in Bebenhusen pro certa peccunie quantitate, videlicet pro octuaginta libris Hallensium, vendidi perpetuo possidendum cum condicionibus subscriptis. Primo ordinare debeo, quod dominus meus Eber[hardus] comes de Wirtenberc predictus dictum ius advocatie cum attinentiis universis, prout superius est expressum, predicto monasterio perpetuo conferat titulo proprietatis. Item omnes in dicto oppido commorantes pascuis in silvis meis secundum consuetudinem oppidi hactenus observatam communiter uti debent. Item pratium meum in terminis dicti oppidi situm in forefactis consuetudini dicti oppidi per omnia subiacebit. Item ius advocatie sive proprietatis, quod michi in Hermannum dictum de Bliningen competebat, transtuli perpetuo in dictum monasterium et fideiussores, quos idem Her[mannus] michi constituit, penitus absolvi. Preterea ad ratihabitionem omnium predictorum et expeditionem plenioram et ut filius meus, qui nondum habet annos discretionis, in dictum venditionis contractum consentiat, fide data nomine iuramenti me astrinxi ac Waltherum burcgravium de Kaltental nec non Wolframum et Marquardum filios meos predicto monasterio constitui fideiussores, renuntians una cum Wol[framo] et Marquardo filiis meis predictis adultis omnibus iuribus actionibus exceptionibus defensionibus cavillationibus et omnibus aliis tacitis et expressis, per que predicta venditio possit vel debeat infri[n]gi revocari vel modo quolibet enervari. In huius rei testimonium presentem litteram sigilli mei, honorabilis viri Lud[ewici] decani in Ezzelingen et civium in Ezzelingen prefato monasterio dedi munimine roboratam. Nos Lud[ewicus] decanus in Ezzelingen, H. scultetus et consules ibidem predicta omnia prout premissa sunt esse vera presentibus protestamur, sigilla nostra cum sigillo Wol[frami] predicti in premissorum evidentiam presentibus apponentes. Testes, qui hiis interfuerunt,

## II

sunt hii: Ber. decanus in Altenburc, magister H. notarius domini ducis de Tecke canonicus Laurocensis,<sup>a</sup>) C[onradus] notarius domini Eber[hardi] comitis de Wirtenberc, H. rector puerorum in Ezzelingen, Heinricus de Gruningen<sup>1</sup> et Ber. dictus Civer iudices ac cives in Ezzelingen.<br> <br> Datum et actum in Ezzelingen, anno domini MCCLXXX primo, feria quinta proxima post Urbani, indictione IX.

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An der Urkunde drei Siegel aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs: 1) Das Siegel des Wolfram von Bernhausen, sehr beschädigt, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 3241 (WUB, Bd. VIII, S. 394). 2) Das Siegel des Dekans Ludwig von Esslingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 3003 (WUB, Bd. VIII, S. 247). 3) Das Siegel der Stadt Esslingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1424 (WUB, Bd. V, S. 189).

---

<sup>a</sup>In der Vorlage verschrieben: *Laudocensis*.

<sup>1</sup>Markgröningen oder Neckargröningen.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 1066

### Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.  
1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 421.

### Regesten:

Württembergische Jahrbücher (1855), S. 179 (nach dem Chronicon Bebenhus.).

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Esslingen

### Aussteller:

Lorsch

### Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519) <br> (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W <br> Alte Burg Wüstung (21490) <br> Altenburg, Stuttgart, S, A <br> Bebenhausen Wohnplatz (16199) <br> Bebenhausen, Tübingen, TÜ <br> Bernhausen Wohnplatz (481) <br> Bernhausen, Filderstadt, ES <br> Esslingen am Neckar Wohnplatz (331) <br> Esslingen am Neckar, ES <br> Ittingshausen Wüstung (21500) <br> Ittingshausen, Stuttgart, S, W <br> Kaltental Wohnplatz (30) <br> Kaltental, Stuttgart, S <br> Kloster Lorch Wohnplatz (4658) <br> Kloster Lorch, Lorch, AA <br> Markgröningen Wohnplatz (1046) <br> Markgröningen, LB <br> Neckargröningen Wohnplatz (1198) <br> Neckargröningen, Remseck am Neckar, LB <br> Plieningen Wohnplatz (41) <br> Plieningen, Stuttgart, S <br> Teck Wohnplatz (437) <br> Teck, Owen, ES